

est, nam cum Archipresbyter habeat circa hoc ordinariam jurisdictionem sicut ceteri Parochi, ut docet Cucus dist. lib. 5. cap. 4. num. 168. non est cur ipsi denegetur, quod ceteris competit.

99 Ex quibus Regula generalis tradenda est, proprium Sacerdotem ad audiendas Confessiones, esse primo Parochum, seu Presbyterum Ecclesie Parochialis. Secundo, Episcopum in Dioecesi. Tertio, Legatum in provincia. Quarto, Penitentiarium. Quinto, Vicarium Generalem Episcopi. Sexto, Archipresbyterum Cathedralis, qui in hoc censetur Vicarius Generalis Episcopi, qui omnes, absque alterius licentia possunt Penitentiae Sacramentum administrare, & ad eos licet recurrere: ut per Doctores in cap. 2. verbo Subdito suo, ubi Gloss. de Penit. & remiss. in 6. juncto Gutierrez Canon. question. lib. 1. cap. 27. num. 24.

100 Tertio, succedit Eucharistiae sanctae venerabile, & admirabile Sacramentum, quod dupliciter considerari potest, vel quantum ad consecrationem seu consecrationem ipsius, vel quoad distributionem, prout distinguit Trullench tract. de Jure Paroch. cap. 1. num. 1. de primo nunc non est sermo; de secundo vero etiam distinguere opus est: nam licet Minister ex officio sit Sacerdos, ex Doctoribus communiter cum D. Thom. 3. par. q. 82. art. 3. quia in consecrando, & ministrando personam Christi sustinet, qui in nocte Cenae confecit, & distribuit, cap. Peruenit, de Consecr. dist. 2. juncto Trident. sess. 13. cap. 8. Diaconus vero in casu necessitatis, ex Sacerdotis commissione, & Ecclesiae dispensatione; ex late traditis a Coninch. in 3. qu. 82. art. 3. num. 18. & 19. & habetur in Concil. Carthag. 4. can. 18. de quo est text. in cap. Diaconus, in Concil. Carthag. 4. can. 18. de quo etiam videndus Trullench num. 3. Quat. tom. 3. disp. 72. sect. 1. Valquez 3. p. disp. 219. num. 11. Gratian. discept. forens. discept. 612. num. 4. Tamburinus de Jure Abbat. loco inferius citando, plures referens: hoc tamen respectu annuae sumptionis limitatur ad proprium Parochum, & quo, vel ab alio de ipsius licentia, veluti Pastore debet sumere: & in hoc consistit jus Parochi, & Parochiae: ex cap. Omnis utriusque sexus, de penit. & remiss. Concilio Carthagin. 1. cap. 7. & Melevitano 18. Tambur. de Jure Abbat. tom. 2. disp. 5. qu. 1. & Bonac. cum aliis tom. 1. tract. de Sacram. Euchar. disput. 14. qu. 7. puncto 2. num. 7. cuius ratio de-

101 facti percipitur, quia ministratio Sacramentorum est de jurisdictionalibus, ac proinde urgente praecipio sive annuae Confessionis, & Communionis, sive eadem Sacramenta recipiendi in articulo mortis, solus Pastor distribuere debet, vel alius de licentia ipsius: & omnia haec pluribus donet Barbol. de offic. Paroch. cap. 20.

103 Ex dictis patet, Romano Pontifici in tota Ecclesia, Episcopo vero in sua Dioecesi hoc jus competere: quia ille universalis Ecclesiae; iste vero sui Episcopatus Parochi sunt: ex Trullench n. 4. & probatur in cap. Quaecumque, to. qu. 1. cap. Praecipimus, 12. qu. 1. Barbol. de offic. Paroch. cap. 20. num. 12. qui ex Bonac. de Sacram. disput. 4. qu. 7. puncto 2. num. 11. affirmat idem procedere, etiam invito proprio particulari Parocho tom. 2. disput. 3. qu. 2. num. 2. nec in hoc dubium cadit; respectu vero Ecclesiae Cathedralis, quod proprium nostri instituti pensum est, major videtur difficultas, quam discutere & resolvere opera pretium est.

104 De Ecclesia inquam Cathedrali non ita competum est; neque enim desuper qui vel simpliciter, vel saltem secundum quid, hanc ei facultatem tribuere non audent: verius tamen & absque difficultate credo Communionem tam annuam, quam per modum Viatici posse administrari a Capitulo Ecclesiae Cathedralis, & sumi posse absque aliquo scrupulo, absque eo quod Parochus particularis possit conueniri: quam opinionem sequuntur Gutierrez lib. 1. question. Canon. cap. 27. num. 24. Sanchez de Matrim. lib. 3. qu. 27. par. 1. Bonac. tom. 1. disput. 4. qu. 7. puncto 2. num. 11. Barbol. de offic. & potest. Paroch. cap. 20. num. 24. Oldrad. conf. 130. num. 2. in fine. Sbrozus de offic. Vicar. lib. 1. qu. 3. par. 1. & lib. 2. qu. 14. num. 1. Azor. Instit. moral. par. 3. lib. 3. cap. 15. qu. 8. vers. Quares. Barbol. in collect. ad text. in c. Officium, 3. de offic. Archipresbyt. num. 4. & de offic. & potest.

Paroch. cap. 20. num. 12. Gregor. Lopez in lege 21. tit. 4. p. 1. verbo Parochianos: Bonac. de Sacram. tom. 1. disput. 4. qu. 7. puncto 2. num. 11. cuius rei etiam communiter tradunt rationem, cum Ecclesia Cathedralis sit Parochia totius Episcopatus, in ea possunt haec praecipua adimpleri, sicut in Parochia propria: & ratio rationalis est, quia in ea residet Episcopus qui est universalis Pastor: ita Bonac. disto. puncto 2. num. 10.

106 Adde praeterea, Episcopum tanquam universalem Parochum totius Dioecesis, posse absque dubio dispensare, omnia Sacramenta per totam Dioecesim: per text. in cap. Quaecumque, 10. quest. 1. cap. Praecipimus, 12. quest. 1. late Bonac. dist. puncto 2. num. 2. Qui probant ad ipsum propriis pertinere distribuere Sacramenta: at Archipresbytero idem competit de Jure tanquam Vicario Episcopi: d. cap. Ministerium, de offic. Archipresbyt. Ergo ad Ecclesiam Cathedralis jus illud pertinet. Quia ratione, usque in hunc diem mirabilis extat consuetudo Antverpiae, ut Senatus universus, etiam in variis urbis vicis dispersus existat, adeoque diversarum Parochiarum, ex laudabili consuetudine in Paschate; uti & in festo Nativitatis Domini de manu Episcopi, aut Primi de Clero, Sede etiam vacante, sacram Communionem accipiat: verba sunt Beyerlinch in Theatr. vite hum. verb. Parochia, vers. Rector Ecclesiae Parochialis; pag. mibi 28.

109 Nec dicas consequentiam non recte deduci; imò contrarium: nam eo modo quo Episcopo non praescribitur locus Cathedralis pro administratione Sacramentorum taxative, ita nec Archipresbytero tamquam eius Vicario: ex quo videtur hoc jus Archipresbyteri esse, non Ecclesiae Cathedralis: Nam responderetur, tale jus dupliciter considerari posse, vel respectu Ecclesiae, vel respectu Ministrum: si primo modo consideretur, Ecclesia Cathedralis, quae est universalis Parochia totius Episcopatus, capax est, & de Jure privilegium habet administrandi Sacramenta per totum Episcopatum: si secundo modo, Archipresbyter tamquam Minister, medio quo Sacramenta administrantur, non tamquam Parochus Ecclesiae Cathedralis; sed tamquam universalis Parochus Ecclesiae Cathedralis, non solum ibi, id est in Cathedrali, verum etiam in omnibus aliis Parochiis administrat, & ab eo recte recipiunt Sacramenta omnes Dioecelani: ut latius infra patebit.

110 Nec obstat similiter, si dicas, totam rationem rationis Bonacinae, & ejus vim consistere in eo quod cum in Ecclesia Cathedrali residet communis Pastor, qui est Episcopus, liberè possunt in ea omnia Sacramenta administrari: quae ratio convincit quoad Episcopum, non vero quoad Ecclesiam, cum aequè in quacumque inferiori ab ipso possint recipi Sacramenta. Nam responderetur, jus Ecclesiae Cathedralis non venire tantum ex Episcopo, sed quia ex desponsatione cum ipso respectu superioritatis Cathedralitatis; ex quo sequitur quod ipse totius Dioecesis Parochia; eo modo, quo Parochia particularis, ex Curato ipsius, eo ipso quod est Parochialis, oritur jus administrandi omnia Sacramenta ab ipso Curato omnibus Parochianis: unde nec Parochus potest auferre ab ipsa Ecclesia jus Parochialitatis ei competens, licet exercitum medio Parocho fiat: nec facultas alibi administrandi de licentia alterius Parochi suis Parochianis, tollit jus Parochiae, ita similiter nec suprema potestas Episcopi ubique liberè administrandi Sacramenta, tollit jus Cathedralitatis nempe ibi recipiendi, quod non pendet ab Episcopo; quia jure Cathedralitatis ei debetur: & sicut Augustae tamquam Reginae competunt jura Imperialia, quoad privilegia supposita desponsatione cum Imperatore, nullo habito respectu ad maritum, ex l. Augustae, ff. de leg. cum vulg. aribus, ita & eodem modo supposita desponsatione Cathedralis cum Episcopo, jura & privilegia superioritatis ei competunt desponsatione jure nullo habito respectu ad sponsum; cum valeat argumentum de matrimonio carnali ad spirituale: cap. Inter corporalia, ubi DD. de translat. cum vulg. aribus. Oldrad. conf. 67.

Et licet aliqui apud Sanchez d. disput. 27. nu. 2. limitent ad Archipresbyterum, cui de Jure competit Confessiones totius Dioecesis audire, juxta text. in d. c. Officium; cui adden-

addendus est Beyerlinch in Theatr. vite human. d. verbo Parochia, titulo, Rector Ecclesiae Parochialis, vers. quod Sacramentum Penitentiae; pag. mibi 27. non verò illi, cui ex delegatione Episcopi debetur: nam hoc secundo casu, delegatio & commissio est attendenda: ramen hoc non officit, imò nostram opinionem confirmat; etenim nostra disputatio non vertit circa personam, sed circa Ecclesiam Cathedralis: quare si Archipresbyter eo quod destinatus est ad audiendas Confessiones omnium de Dioecesi, potest illos absolvere: & illi hoc modo satisfaciunt praecipio annuae Confessionis: ergo dum illud impleant in Ecclesia Cathedrali simul, & sumant Eucharistiam in Paschate, absque dubio satisfaciunt; cum Cathedralis sit communis Parochia: & eo modo, quo sumendo in quolibet loco. Parochiae, id est in Capella particulari, satisfaciunt, quia totus ambitus illius Ecclesiae destinatus est pro implendo praecipio: ita sumendo Eucharistiam, simulque peccata confitendo in Cathedrali, satisfaciunt: accidens enim est quod ab hoc, vel ab alio Ministro accipiunt: quod quidem diversum est.

114 Nec similiter rectè ratiocinatur Trullench de offic. Paroch. d. c. 4. n. 10. dum postquam de communitari opinione firmavit nostram sententiam, eam extendit ad Parochum Ecclesiae Cathedralis, quem in hoc similem facit Archipresbytero, in quibus contrarium defendit, asserendo, ita consuetudine positum esse, nam cum ipse transitum faciat de Parocho ad Archipresbyterum, non rectè deducit assumptum: cum Parochus Cathedralis, sit Parochus & Pastor illius Parochiae particularis, ut diximus; & plenè probat cum pluribus ipse Trullench; at verò nostra disputatio tantum procedit in Ecclesia Cathedrali, quae cum communis Parochia sit, non est cur hoc denegetur etiam in illa Parochia, quatenus pars Ecclesiae Cathedralis est: non quatenus Parochia particularis consideratur, separata à Cathedrali, eo modo quo cetera Episcopatus Ecclesiae.

115 Nec item obstat idem Trullench in praecipua Decalogi, tom. 1. lib. 3. c. 5. dub. 2. num. 12. quatenus docet id non esse in consuetudine, ut Parochus Cathedralis, seu Archipresbyter, possit Sacramenta administrare: unde seclusa licentia Episcopi, non potest hoc facere in quorumcumque Sacramentorum administratione, absque licentia proprii Parochi, nisi alibi esset Archipresbyter deputatus, apud quem possent omnes de Dioecesi confluere, & ita non adimpleret praecipuum annuae Communionis, qui in Paschate à Parocho in Cathedrali susciperet, quia à proprio Parocho seu Sacerdote debet sumere, juxta text. in cap. Omnis utriusque sexus, de penit. & remiss. qualis non est Parochus Cathedralis; cum Dionysio Papa diviserit Parochia: & facta divisione, alienis Sacramenta administrare non potest: & ita Episcopus, cui à principio commissa est cura totius Dioecesis, cap. quaecumque 10. quest. 1. cap. Praecipimus, 12. qu. 1. rectè potest; Parocho verò interdicatur.

At licentia tanti Auctoris terminos confundit, quos explicare opera pretium est; etenim quoad Parochum nulla est difficultas, respectu verò Archipresbyteri, seu Capellani majoris, cui cura incumbit animatum universalis, sive respectu personae ab Episcopo habentis facultatem, non potest utique dubitantium enim disputatio cadit, respectu loci, id est Ecclesiae Cathedralis, quae communis Parochia est, sive respectu Parochiae ejusdem, non considerata particulari Parochia ut sic, sed tamquam pars Ecclesiae Cathedralis est; eo modo quo aliae partes, vel Capellae: & in hoc errat manifestè Trullench nihil enim divisio Parochiarum à Dionysio Papa, cetera quae dispositiones circa privilegia Cathedralium disposuerunt, quarum erectio posterior fuit: ut 2. late probavimus: & tantum circa gubernium particularium ordinatae fuerunt haec divisiones, remanente semper Episcopo universali Parocho totius Dioecesis, cui pro Parochia universali datur Cathedralis propter ipsius desponsationem; unde eo modo, quo ubi Parochiae non sunt distinctae quilibet & igitur liberè Parochiam, etiam si intra limites ipsius non degat, liberè potest recipere Sacramenta in Parochia quam eligit, licet extra eam habitet, in hocque Parocho sit Pastor, ita ut etiam respectu ipsius, nulla Pa-

rochi alterius intra cujus limites degit expectata licentia: Sacramenta administret, ut in civitate Bilibirana Dioecesis Tirafonenf. in nostro Atagonum Regno, & in villa Mollina Atagonum Dioecesis Seguntinae practicaetur; ita pariformiter, imò majori cum ratione respectu Cathedralis, quae communis Parochia est; nullo habito respectu ad electionem cujuscumque de Dioecesi, impediri non poterit à Parocho particulari susceptorum Sacramentorum; quidquid contrarium procedat in Parocho particulari illius Ecclesiae Cathedralis: quod valde diversum est: & de eo, hoc est de Ministro Ecclesiae Cathedralis, medio quo Sacramenta debent administrari, infra disputabitur.

119 Ex quibus semper memoria tenendum est, haec praecipua adimpleri non posse in Parochia Ecclesiae Cathedralis, quatenus particularis est, nisi tantum à suis particularibus parochianis: secus autem in Ecclesia Cathedrali quatenus totius Episcopatus Parochia est, eo modo quo Romae in tribus Romani Pontificis Sedibus, hoc est in Ecclesia sancti Joannis in Laterano, sancti Petri, & Sanctae Mariae Majoris, omnes satisfaciunt huic praecipio, quia totius Orbis sunt Cathedrales, & summus Pontifex, earum est sponus. Unde cum concedat Trullench d. tom. 1. lib. 3. c. 5. dub. 2. num. 12. in fine, dubitari non posse, adimpleri praecipuum hoc cum Episcopo, quia Parochus est totius Episcopatus, quod negari non potest; per necessarium consequens concedendum est, idem jus habere Ecclesiam Cathedralis: quia sicut Episcopus est totius Episcopatus Parochus, ita Cathedralis Ecclesia ejus sponsa per talem desponsationem Parochia est totius Episcopatus; quae desponsatio & auctoritas post illam divisionem Ecclesiarum à Dionysio Papa factam resultavit: ut latissime c. 2. an Ecclesiae Cathedrales eodem tempore ac Episcopatus inceperint: latissime tractavimus.

120 Si verò morem administrandi Eucharistiae Sacramentum in diversis Ecclesiis, tam quando ad infirmos deferunt, quam quando in Ecclesia administratur, non solum quoad Ministros Sacerdotes, Diaconos, imò & Acolythes, verum etiam circa modum & solemnitate recipiendi? Consulto Gratianum late disceptation. forens. c. 412. per totum.

121 Ex dictis inferretur resolutio illius questionis: an possit aliquis se ingerere in distributione Eucharistiae sine licentia Parochi: & an sit peccatum tam in recipiente, quam in administrante? & an sufficiat licentia tacita: de quibus omnibus videndus Trullench de offic. Paroch. c. 5. nu. 4. & 5. quae omnia cessant in Ecclesiis Cathedralibus: nam supposita superioritate in his, in quibus superiores sunt, id omne quod particularibus competit Parochialibus, jure universalitatis competit Ecclesiae Cathedrali, ita ut nullius licentia interveniente omnia possit facere: juxta superius notata.

122 Jam ergo ad Matrimonii Sacramentum administrandum transitum facere opera pretium est: in quo eodem modo ratiocinandum esse credo; prout communiter docent Doctores in cap. Officium, 3. de offic. Archipresbyt. ex communi ratione, quia Cathedralis est Parochia totius Episcopatus: & exemplificando in Sacramento Penitentiae de Archipresbytero, videndi plures quos sequitur Barbol. ibi, in collectam. n. 4. & punctum in Matrimonio, Sanchez de Matrimonio lib. 3. disp. 27. per totam, ex communi ratione, & 123 quia est Curatus totius Dioecesis: ideoque limitat ex aliquorum opinione, casu quo Archipresbyter exercitum administrandi Sacramenta ex suae Dignitatis institutione haberet: maxima cum ratione; nam si ex vi Dignitatis hoc competere, id ipsum ceteris Dignitatibus etiam competere, dicendum esset. Verum hoc parum intererat ad questionem huius capituli; cum ut in Sacramento Penitentiae notavimus, tantum procedit disputatio circa Ecclesiam Cathedralis; quod verum putamus, quidquid sit de Ministro, medio quo id fieri debeat: unde Archipresbyter de Jure dicitur Vicarius Episcopi quoad administrationem Sacramentorum, d. c. Officium, de offic. Archipresbyt. ubi DD. Gregorius Lopez in l. 21. tit. 4. p. 1. verbo Parochianos. In-

fiæ, præfentes & futuros, in majoris excommunicationis sententiis, censuras, & poenas in prædictis litteris executorialibus contentas, ob illarum & dictæ nostræ sententiæ, tam conjunctim quam divisim, non partitionem, eo ipso incidisse, & incurrisse, in his scriptis declaramus, ac ut tales publicari, & ab omnibus Christi fidelibus evitari mandamus; prout nos publicamus, & evitamus, ac litteras declaratorias decernimus; & insuper sententiam per dictum R. P. D. de Rubéis contra dictum Hieronymum in favorem dictorum Prioris, Canonicorum, & Capituli quod portionem Canonicelem ac vocem in Capitulo, & distributiones Canonicas latam & promulgatam confirmamus, & ex causis animum nostrum moventibus, condemnationem expensarum omittimus; sed ab eis ambas Partes liberamus: quæ quidem diffinitiva sententia per Nos taliter fuit subscripta. Ita pronuciavi. Ego Don Franciscus Sarmiento Rotæ Auditor. Quæ omnia & singula præmissa vobis omnibus & singulis supradictis intimamus, insinuamus, & notificamus, ac ad vestram & vestrum cujuslibet notitiam deducimus, & deduci volumus per præfentes, ne de præmissis aut eorum aliquo ignorantiam aliquam in futurum prætere valedis, seu quomodolibet allegare: in quorum omnium & singulorum fidem & testimonium præmissorum præfentes litteras, sive præfens publicum instrumentum ex inde fieri, ac per Notarium publicum nostrum infra scriptum subscribi, sigillique nostri iustissimus & serinus appensione communiti. Lecta, lata, & in scriptis promulgata fuit hæc supra scripta nostra diffinitiva sententia, per Nos Don Franciscum Sarmiento Sacri Palatii Apostolici causarum Auditorem. Romæ, apud Sanctum Petrum in Palatio causarum Apostolico, in quo Jura reddi solent, ad jura reddendum, & causas audiendas, pro tribunali sedentem, sub Anno à Nativitate Domini millesimo quingentesimo sexagesimo sexto, Indictione nona, die vero Mercurii undecima mensis Decembris, Pontificatus Sanctissimi in Christo Patris & Domini Nostri, Domini Pii divina providentia Papæ V. Anno primo: præfentibus ibidem Dominis Petro Lopez & Antonio de Quidotis Sacri Palatii Apostolici causarum Notariis testibus, ad præmissa omnia & singula vocatis specialiter, atque rogatis. Et ego Joannes Invidius de Dorato Ecclesiasticus Lemonen. Diocesis, publicus Apostolica autoritate, & Sacri Palatii Apostolici causarum Notarius, hujusmodi causæ coram R. P. D. Auditore præfato, Scriba deputatus; quia præmissis omnibus unâ cum prænominationis testibus interful, eaque in notam sumpsi, ideo hoc publicum sententiæ instrumentum subscripsi, & signavi, in fidem præmissorum, rogatus & requisitus; Reverendi Lupertius Dortal Prior, & Ludovicus Dortal Infirmarius, ac Petrus Sifamon, Ludovicus Lanaja, Dominicus Ramos, Joannes de Miedes, Joannes de Artieda, Joannes Ramos, & Gaspar Figuera, Canonici Ecclesiæ Cæsaraugustanæ, omnesque alii & singuli Canonici prædictæ Ecclesiæ præfentes & futuri, hic autoritate Apostolica denuntiantur Majoris excommunicationis sententiis, censuras & poenas in litteris Executorialibus in causa Cæsaraugustana Capellanæ majoris per R. P. D. Joannem Baptistam de Rubéis Rotæ Auditorem, ad instantiam & favorem infra scripti Domini instantis contra prædictos Reverendos Dominos Priorem, Canonicos, & Capitulum Cæsaraugustanum decretis, & eisdem Reverendis Dominis Priori, Canonicis & Capitulo intimatis contentas; nisi dicti Domini Prior, Canonici, & Capitulum tribus sententiis diffinitivis in favorem ejusdem Domini instantis visis & receptis dictis litteris executorialibus desuper decretis, quoad omnia & singula in dictis tribus sententiis & litteris executorialibus, nec non in sententia diffinitiva per R. P. D. Don Franciscum Sarmiento ejusdem Palatii causarum Auditorem in favorem prædicti Domini instantis, & contra eosdem Priorem, Canonicos & Capitulum similiter lata, contenta & descripta, in omnibus & per omnia absque aliqua contradictione pacifice & quiete ac realiter & cum effectu paruerint, & obederint, & ab aliis ad quos spectat parere & obedire mandaverint cum effectu, & quotiens prædictis tribus sententiis & litteris executorialibus necnon ultimæ sententiæ per prædictum Don Franciscum Sarmiento Auditorem latæ, ac contentis in eisdem omnibus, & singulis contraverint seu contravenire quomodolibet permiserint, incidisse & incurrisse, Instante R. D. Hieronymo de Aninyon Capellano Majore Ecclesiæ Cæsaraugustanæ Principali. Die secunda Januarii 1567. dictæ litteræ affixæ & publicatæ fuerunt in acie Campifloræ ut moris est. per me Nicolaum de Matthæis Cursores; Stephanus de Olea Magister Curforum.

Insuper & idem Capellanus Major, virtute præfentis Aragonum obtinuit, ejus etiam tenorem transmissi instrumenti, sienam Juris à Tribunali Domini scribere voluit, qui talis est.

EXCELLENTISSIMO Domino Archiepiscopo Cæsaraugustano, ejusque Vicario Generali, & Officialibus Ecclesiasticis, & aliis quibusvis Ministris dicti Domini Archiepiscopi, nec non Priori, Canonici, & Capitulo vel ejus Ministris ac & Beneficiariis Ecclesiæ Metropolitanæ Sedis Civitatis Cæsaraugustæ, vel eorum Procuratori ac Rectoribus & Vicariis tam dictæ civitatis & Diocesis, & aliis quibusvis personis tam secularibus quam Ecclesiasticis, & aliis quibusvis Judicibus & Officialibus tam Ecclesiasticis quam secularibus, ac illi vel illis, ad quem seu ad quos præfentes pervenerint seu præsentata fuerint, & eorum cuilibet; Hieronymus de Villar Jurisperitus Locumtenens admodum Illustris V. Excellentia salutem, & prosperos ad vota successus; Cæteris vero prænominationis salutem & dilationem: per discretum Joannem de Bufal Notarium Causidicum Civitatis Cæsaraugustanæ habitatorem & procuratorem, & eo nomine admodum Reverendi Domini Hieronymi de Aninyon Presbyteri Capellani Majoris Ecclesiæ Metropolitanæ Sedis præfentis civitatis Cæsaraugustæ, & in eadem domiciliati expositum extitit coram Nobis; quod dictus ejus principalis fuit, & est regnicola præfentis Regni Aragonum, qui gavissus fuit, & gaudet, gaudereque consuevit, vult, potest, & debet, omnibus & singulis fori privilegiis, libertatibus, & immunitatibus, gratis & prærogativis regnicolis præfentis Regni Aragonum de foro & aliis concessis, pariter & indultis. Item dicit dictus Procurator, quod aliis pendentibus in Romana Curia litibus inter dictum Principalem dicti Procuratoris, & dictos Priorem, Canonicos & Capitulum dictæ Ecclesiæ Cæsaraugustanæ super administratione

Ca-

Capellanæ Majoris & ejus Capellani Majoris Juribus pro tempore existentis pertinentibus, rebusque aliis in actis causæ & causarum hujusmodi latius deductis, post plures & diversos anfractus, præfatus Principalis dicti procuratoris in Romana Curia & sacro Rotæ Auditorio tres sententiis & litteras executoriales obtinuit; quibus cavetur quod dictus Principalis dicti procuratoris Capellanus Major gauderet omnibus & singulis præminentis, prærogativis, fructibus, emolumentis, & distributionibus quotidianis absque ulla differentia quibus Canonici Ecclesiæ obtinentes Capellaniam in titulum, auctoritate ordinaria, vel per ipsius Capituli electionem & receptionem gaudere soliti fuerunt, ad instar aliorum in Ecclesia residentium, & divinis officiis interessentium, & quod assequatur omnia & singula supradicta, quæ in liquidatione per dictum Hieronymum suo tempore facienda, ratione Capellanæ Majoris competisset & competere constaret, & aliis prout in dictis tribus sententiis & litteris executorialibus, ad quas sine præjudicio se retulit, plenius continetur. Item dixit dictus Procurator, quod dicti Prior, Canonici, & Capitulum, cupientes ut de Jure tenentur obedire mandatis Apostolicis, dixerunt quod erant presti, & parati, & se obtulerunt juxta formam & tenorem sententiarum seu ultioris & ultimæ sententiæ in dictis litteris executorialibus insertæ, dare & respondere dicto Hieronymo de Aninyon ut & tamquam Capellano Majori præfato facta liquidatione prout in dictis, seu ultioris, sententiis continetur, omne & quicquid eidem Hieronymo de Aninyon, ratione seu occasione Capellanæ Majoris, & illius annexorum tantum pertineat, & spectet, ac aliis prout in instrumento per Petrum Sancho Notarium de anno Millesimo quingentesimo sexagesimo, & die vigesimo secunda Mensis Sptembris confecto, ad quod sine præjudicio se retulit, plenius continetur. Item dixit dictus Procurator, quod dictus ejus Principalis obtinuit aliam sententiam liquidatoriam eorum, quæ sibi competunt ratione Capellanæ majoris, quæ cavetur quod dictus Hieronymus sit Cura & Vicarius totius Civitatis & Archiepiscopatus, quia potest per totam civitatem & Diocesim ministrare Sacramenta sine aliqua licentia, quod non possunt alii Curati civitatis & Diocesis. Item quod tenetur ministrare Sacramenta Canonicis Claustralibus & Dignitatibus Officialibus Sedis. Item quod tenetur facere officium dum Capitulum facit officium in aliquo defuncto. Item quod debeat per se ipsum regere & gubernare in omnibus & per omnia Capellam Sancti Michaelis. Item quod debeat corrigere Vicarium, Succentorem, & duos Scholares Capellæ Sancti Michaelis, si defecerint in celebratione Missarum, & in aliis ad quæ tenentur; juxta intentionem Don Lupi: & propter hoc habet esse præfens in Choro & officio Capellæ Sancti Michaelis. Item quod occurrente vacatione Vicariæ & Succentoriæ, ac duarum Scholarium dictæ Capellæ respectivè, habeat præsentationem & jus præfentandi Vicarium & Succentorem & duos Scholares respectivè, Priori, Canonici & Capitulo dictæ Ecclesiæ; taliter quod dicti Prior, Canonici, & Capitulum, debeat, ipsos præfentatos, & eorum quolibet respectivè, si idonei fuerint, admittere; eisque & eorum cuilibet respectivè institutionem facere, & illam debeat executioni demandare. Item quod debeat visitare Hospitale sancti Salvatoris, ipse cum Priore Sedis, & videre ut Hospitalarius faciat ea quæ facere tenetur, & Eleemosynarius si facit ea, & dat ea, quæ facere & dare tenetur. Item quod possit & debeat per se ipsum Missam Conventualem, & alia Officia in sua Hebdomada per turnum occurrente, & in Altari Majori facere & celebrare. Item quod in Choro, & Processionibus, debeat incedere in eo loco, in quo Capellanus Major Canonici de Jure, & statuto seu consuetudine Ecclesiæ ire solet; ita ut si Capellanus Major Canonici de jure, statuto & consuetudine Ecclesiæ debet præcedere omnes alios simplices Canonicos, Hieronymus illos præcedere debeat. Item ultra portionem, quam Dominus meus Lupus Archiepiscopus univit Capellano Majori, de illis de sancto Michaelis per dictum Archiepiscopum in dicta Capella institutis, omnia & singula emolumenta, quæ similem portionem habentibus dantur, recipere debeat. Item quod debeat recipere quotidie à Præpositura Ecclesiæ unum panem viginti quatuor unciarum, & vinum, carnes, oleum, & salas. Item quod recipere debeat ab eadem Præpositura Ecclesiæ Capellam quæ est sic, & quemadmodum de Infirmaria in pane, vino, & aliis. Item quod recipere debeat à Camera Ecclesiæ, seu illius pro tempore Camerario, vestiarium septem librarum cum dimidia. Item quod recipere debeat à Vicario Vicariæ Sancti Michaelis ratione emolumentorum curæ animarum Parochiæ Sancti Michaelis ducentos & quinquaginta solidos, medietatem in mense Junii, & aliam medietatem in mense Decembris, ac alias prout in dicta sententia liquidatoria, ad quam sine præjudicio se retulit, plenius continetur. Item dixit dictus Procurator, quod dicti Domini Prior, Canonici, & Capitulum, de Anno millesimo quingentesimo sexagesimo septimo, & die decimo sexto mensis Decembris virtute dictarum trium sententiarum, & sententiæ liquidatoriæ tradiderunt, & tradi mandarunt dicto Hieronymo possessionem in Choro & Altari majori Ecclesiæ, & in Capella Sancti Michaelis, & in Præpositura Ecclesiæ, & in Hospitali sancti Salvatoris, ut officia sibi incumbentia celebraret, ac panes, & alia jura sibi debita perciperet, ac aliis prout in instrumento per Sebastianum Moles Notarium confecto, ad quod sine præjudicio se retulit, plenius continetur. Item dixit dictus Procurator quod in Ecclesia Cæsaraugustana prædicta, pro celebrandis Officiis divinis & nocturnis sunt deputati Beneficiati, & Portionarii, & Canonici Claustrales, & Canonici obtinentes Dignitates seu Officia; prout sunt Prior, quatuor Archidiaconi, Cantor, Camerarius, Thesaurarius, Capellanus Major, Infirmarius, Operarius, Charitarius, & Eleemosynarius, prout latius constat ex depositione testium pro parte dictorum Dominorum Prioris, Canonicorum, & Capituli examinatorum, ad quam sine præjudicio se retulit. Item dixit dictus Procurator, quod Beneficiati & Portionarii non celebrant, nec visi sunt unquam celebrare Missam Conventualem in Altari majori per turnum, & licet recipient singuli distributiones quotidianas divinis interessendo, tamen non recipiunt tantam quantitatem seu summam, quantum recipit Hebdomadarius, qui celebrat Missam Conventualem per turnum, prout ex depositione testium pro parte dictorum Dominorum Prioris, Canonicorum, & Capituli examinatorum, ad quam sine præjudicio se retulit, latius constat. Item dixit dictus Procurator, quod ille qui celebrat Missam Conventualem in Altari Majori per turnum, vocatur Hebdomadarius, & divinis interessendo recipit

pct

- 124 Insuper Capitulum, Sede vacante, dubitari non potest quin habet facultatem assistendi Matrimonio, vel alii Sacerdoti eam delegandi ut assistat, quia succedit in ordinaria jurisdictione Episcopi: *c. Hic qua 11. c. Cum olim 14. de maior. & de div. ubi notant DD. & per eos Sanchez de Matrimonio, d. lib. 3. cap. 28. n. 5. & ea ratione inter superiores Parochos quoad hoc, numerantur Papa, Episcopus Diocesis, ejus Vicarius, & Archipresbyter, ab eodem Gregorio Lopez ibi gl. final. ergo non est cur denegetur Ecclesie Cathedrali hac facultas in Matrimonio: quandoquidem generaliter in omnibus Sacramentis administrandis à Jure tribuitur; nec enim Matrimonium aliquid speciale habet, siquidem concessa licentia generali administrandi omnia Sacramenta alicui Sacerdoti, ipse validè assistit Matrimonio: ex Rota decis. 750. n. 6. p. 1. divers. Barbof. in Passor. alleg. 32. n. 127. in princ. & de Paroch. cap. 21. num. 71. ubi num. seq. contrarias opiniones conciliat in Parocho, qui præfens licentiam generalem concedit, vel in absentia: ita ut in primo casu non sufficiat, secus in secundo: Trullench de iure Paroch. c. 8. n. 5.*
- Sed in hoc sub distinctione procederem, ita ut Cathedralis locus tamquam Parochia sit, nec in eo dubium cadit: at verò circa validitatem Matrimonii, dico quod Matrimonia debent in propria Parochia, & proprio Parocho ministrari: ut colligitur ex can. aliter, 30. q. 5. c. Capellanus, de feris c. 1. c. 3. de clandest. despons. cap. suam, de simonia: Clem. 1. de privi. ita ut Ministri hujus Sacramenti sint ipsi contrahentes; Sacerdotis verò presentia, est conditio necessaria: late Trullench de iure Paroch. c. 8. ex num. 1. 2. & 3. ergo in Cathedrali celebrari poterit tamquam in propria Parochia; at verò cum presentia Parochi necessaria sit, & Parochus Cathedralis non se habeat nisi tamquam unus particularis cujuscumque Parochie, non poterit assistere; imò nec Capitulum Ecclesie Cathedralis, cum ex eo quoad ipsum, Sede vacante, quia succedit in jurisdictione ordinaria Episcopi, hoc facere possit; Sede plena, negari dicendum est: Archipresbyter verò, sive Capellanus major, si ratione suæ Dignitatis exerceat curam universalem animarum, licet ei credendum est; quia ipse est totius Diocesis Parochus, & in hoc tamquam Vicarius Episcopi habetur; ut supra probavimus. Cum ergo ex Trident. sess.
- 129 24. de reform. matr. c. 1. & variis superius citatis, jus Parochi consistat in eo, ut Matrimonium absque ipsius presentia, vel alterius Sacerdotis de ejusdem licentia celebrari non possit, idem Trullench num. 6. non est cur Capitulum Ecclesie Cathedralis concedatur tale privilegium, quia ad hoc nullo modo, Sede plena, idoneus censetur Minister à jure deputatus. Unde locus Cathedralis tamquam Parochia consideratur; & Parochia ipsius, tamquam pars Cathedralis: quare omnino satisfactum erit, si sibi in presentia proprii Parochi celebratur: at verò proprius Parochus absque licentia Capituli ibi assistere non valebit, cum ipse ut particularis extra limites suæ Parochie exerceat, imò in
- 132 Parochia Cathedrali, contradicente Parocho, cui circa Sa-

136 IN NOMINE DOMINI, AMEN. Universis & singulis hoc publicum instrumentum sententiæ visuris, lecturis, pariter & audituris, Don Franciscus Sarmiento utriusque Juris Doctor. Sanctissimi Domini nostri Papæ Capellanus, & ipsius sacri Palatii Apostolici causarum Auditor, causa & causis hujusmodi & partibus infra scriptis Judex Commissarius ab eodem Sanctissimo Domino nostro Papa specialiter deputatus, Salutem in Domino: & nostris hujusmodi, imò verius Apostolicis firmiter obedire mandatis. Noveritis sub insertam commissionis papyri scedulam nobis ex parte ejusdem Domini nostri Papæ presentatam fuisse hujusmodi sub tenore: Beatissime Pater, digne, quietitas & injustitiæ, una cum toto negotio principali à quadam sententia diffinitiva per Reverendissimum Dominum Joannem Baptistam de Rubéis sacri Palatii Apostolici causarum Auditorem, de & super liquidatione præminentiarum, fructuum, & emolumentorum Capellanæ Majoris, Ecclesie Casaraugustanæ, rebusque aliis in Actis causæ & causarum hujusmodi latius deductis, & illarum occasione, contra devotum Sanctitatis vestre oratorem Hieronymum de Anynon Capellanum Majorem Ecclesie, & in favorem Prioris, Canonicorum, & Capituli dictæ Ecclesie, ut dicitur, lata; alicui alteri dicti Palatii Apostolici causarum Auditori, seu Locumtenenti committere, & mandare audiendas, cognoscendas, decidendas, sineque debito terminandas, cum omnibus suis incidentibus, & emergentibus, & annexis & connexis, cum potestate vel divi-

sim interesse putantes citandi, & in forma inhibendi, ceteraque in præmissis necessaria & oportuna faciendi, dicendi, gerendi, & exequendi; ac terminis substantialibus unica & eadem audientia reiteratis, ad executionem causæ hujusmodi procedendi; præmissis, ac constitutionibus & ordinationibus Apostolicis stylo Palatii, ceterisque in contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque: statum causæ & causarum hujusmodi ac quarumcumque commissionum & sententiarum tenores, continentias atque formas pro plenè sufficienter expressis habentes, quæ quidem commissio in ejus fine taliter erat signata, De mandato Domini Papæ, audiat Magister Gaspar, citet, & reiteratis terminis procedat ut præfertur, & justitiam faciat: placet Domino nostro Papæ: Thomas Feltrensis Hujusmodi siquidem & aliarum in causa & causis hujusmodi nobis factarum & præsentarum commissio- num prætextu pariter & virtute; Nos in causa & causis hujusmodi ritè & legitime procedentes, servatis de Jure servandis, citatoque ad id & diem & horam infra scripto provido viro Domino Ludovico de Santangelo Procuratore dictorum Prioris, Canonicorum, & Capituli Ecclesie Casaraugustanæ, nostram diffinitivam de Dominorum & Auditorum nostrorum consilio & assensu in scriptis tulimus, & promulgavimus sententiam in hunc qui sequitur modum. Christi nomen invocato, pro tribuisti sedentes, & solum Deum præ oculis habentes, per hanc nostram diffinitivam quam de Dominorum & Auditorum consilio pariter & assensu ferimus, in his scriptis pronunciamus, sententiamus, decernimus, & declaramus, in ea causa & causis; Primo, coram R. P. D. Joanne Baptista de Rubéis & Auditore nostro, & deinde coram nobis super liquidatione jurium, præminentiarum, & emolumentorum Capellanæ Majoris, Ecclesie Casaraugustanæ, vigore trium sententiarum in favorem Venerabilis Viri Domini Hieronymi de Anynon Capellani majoris dictæ Ecclesie, & contra Priorem, Canonicos, & Capitulum ejusdem Ecclesie latorum, rebusque aliis in Actis causæ & causarum hujusmodi latius deductis, & illarum occasione inter dictum Dominum Hieronymum ex una, & præfatos Priorem, Canonicos, & Capitulum, partibus, ex altera ventribus; & ad executionem dictarum trium sententiarum, & litterarum executoriarum per præfatum R. P. D. Joannem Baptistam de Rubéis in favorem dicti Domini Hieronymi decretarum, & Dominis Priori, Canonicis, & Capitulo intimatarum, procedendo, omnia & singula infra scripta dicto Domino Hieronymo Capellano majori, ratione Capellanæ majoris, & illius annexorum competisse, & competere, ac præfatis debeat, & debere declarari & liquidari. Et primo, quod dictus Dominus Hieronymus possit administrare dictam Capellaniam majorem, & facere omnia & singula, quæ Capellanus Major Canonicus possit virtute dictæ Capellanæ majoris facere, nec tenetur in aliquo pro seponere Vicarium seu Locumtenentem, qui pro eo administret; & possit omnia & singula facere quæ in statuto de oneribus Capellani majoris in hac causa producto continentur; videlicet quod dictus Hieronymus sit Cura & Vicarius totius Civitatis & Archiepiscopatus, quia potest per totam Civitatem & Diocesim ministrare Sacramenta, sine aliqua licentia: quod non possunt alii Curati Civitatis & Diocesis. Item quod teneatur ministrare Sacramenta Canonicis Clausuralibus, & Dignitatibus, & Officiis Sedis. Item quod teneatur facere Officium dum Capitulum facit Officium pro aliquo defuncto. Item quod debeat per se ipsum regere & gubernare, in omnibus & per omnia, Capellam Sancti Michaelis. Item quod debeat corrigere Vicarium & Succentorem, & duos Scholares Capellæ Sancti Michaelis si defecerint in celebratione Missarum, & in aliis ad quæ tenentur, iuxta intentionem Domini Lupi; & propter hoc habet esse præfens in Choro, & officio Capellæ Sancti Michaelis. Item quod occurrente vacatione Vicariæ & Succentoriæ, ac duarum Scholariarum dictæ Capellæ, respectivè habeat, præsentationem & jus presentandi Vicarium & Succentorem & duos Scholares respectivè, Priori, Canonicis, & Capitulo dictæ Ecclesie; taliter quod dicti Prior, Canonici, & Capitulum debeant ipsos presentatos & eorum quemlibet respectivè, si idonei fuerint, admittere, eisque & eorum cuilibet respectivè institutionem facere, & illam debita executioni demandare. Item, quod debeat visitare Hospitale sancti Salvatoris ipse cum Priore Sedis, & videre ut Hospitalarius faciat ea quæ facere tenetur, & Eleemosynarius si facit ea, & dat ea quæ facere & dare tenetur. Item, quod possit & debeat per se ipsum Missam Conventualem, & alia Officia in sua hebdomada per turnum occurrente etiam in Altari majori facere & celebrare. Item quod in Choro & processionibus debeat incedere in eo loco in quo Capellanus Major Canonicus de jure & statuto seu consuetudine Ecclesie debet precedere omnes alios simplices Canonicos: Hieronymus illos precedere debeat. Item ultra portionem, quam bonæ memoriæ Lupus Archiepiscopus univit Capellano Majori, de illis de Sancto Michaeli per dictum Archiepiscopum in dicta Capella institutis, omnia & singula emolumenta, quæ similem portionem habentibus dantur, recipere debeat. Item quod debeat recipere quotidie à Præpositura Ecclesie unum panem viginti quatuor unciarum, vinum & carnes, oleum & lallas. Item quod recipere debeat ab eadem Præpositura Ecclesie Capellam, quæ est sic, & quemadmodum de Infirmary in pane, vino, & aliis. Item quod recipere debeat à Camera Ecclesie, seu illius pro tempore Camerario vestiarum septem librarum cum dimidia. Item quod recipere debeat à Vicario Vicariæ Sancti Michaelis ratione emolumentorum, curæ animarum Parochie Sancti Michaelis ducentos quinquaginta solidos, medietatem in mense Junii, & aliam medietatem in mense Decembris. Et nisi dicti Prior, Canonici, & Capitulum supra dictis tribus sententiis in favorem dicti Hieronymi latis, & litteris executoriis desuper decretis, & eisdem Priori, Canonicis, & Capitulo intimatis, quod omnia & singula in prædictis tribus sententiis & litteris executoriis, & presente nostra liquidationis sententia contenta & descripta, in omnibus & per omnia absque aliqua contradictione pacificè & quietè ac realiter & cum effectu paruerint, & obediunt, & ab aliis ad quos spectat parere & obedire mandaverint cum effectu, & quoties præmissis omnibus & singulis contraverint, seu contraveniant, seu contravenire quoquo modo permiserint, ex nunc pro ut ex tunc, & contra quosdam Lupertium de Orta Priorem, & Ludovicum etiam de Orta Infirmary, Petrum Sifamon, Ludovicum Lanaja, Dominicum Ramos, Joannem de Miedes, Joannem de Artieda, Joannem Ramos, & Gasparem Figuera, Canonicos dictæ Ecclesie omnesque alios, & singulos Canonicos dictæ Eccle-

pter Officia in Præpositura panem, vinum, carnes, & duplas, & in Choro distributiones quotidianas, prout ex depositione testium pro parte didorum Prioris, Canonicorum, & Capituli examinatorum, ad quam sine præiudicio se retulit, latius constat. Et præmissis sic existentibus, quicumque ejus Principalis prædicti Procuratoris, in vim & virtute dictarum trium sententiarum & literarum Executorialium, & sententiæ liquidatoriar, & possessionis sibi traditæ, & illorum supradictorum, debeat recipere à dictis Dominis Priore, Canonicis, & Capitulo in Præpositura, videlicet panem, vinum, carnes, & duplas, & in Choro distributiones quotidianas ad instar illorum qui celebrant Missam Conventualem in sua hebdomada per turnum occurrente, & gaudere omnibus, & singulis aliis partibus in dicta sententia liquidatoria expressis, cum omnibus & singulis præminentibus, prærogativis, fructibus, emolumentis, & distributionibus quotidianis, juxta formam dictarum trium sententiarum, & literarum Executorialium, eidem Principali dicti Procuratoris respectivè secundum subjectam materiam concessis, competentibus & pertinentibus: At tamen prædictis minime inspecti, neque consideratis, ad notitiam dicti Principalis Procuratoris pervenit seu eidem datum fuit intelligi, quod V. Excellentia, vosque alii superius notati Judices, Officiales, & personæ tam Ecclesiasticæ, quam sæculares, se vestrum quilibet tam conjunctim quam divisim contra omnimodam rationem, æquitatem & justitiam, in vilipendium & contemptum dictarum trium sententiarum & literarum executorialium, & sententiæ liquidatoriar, & Censurarum in ea appositarum, in omnibus & per omnia dictis sententiis secundum subjectam materiam non parendo, & in præiudicium dicti Principalis dicti Procuratoris & Jurium Capellanæ Majoris dicti Principalis dicti Procuratoris de facto privatis, impeditis, seu perturbatis, ac impedire conamini, ac per vias indirectas procuratis & factis quod dictus Principalis dicti Procuratoris non recipiat propter Officia in Præpositura panem, vinum, carnes, & duplas, & in Choro distributiones quotidianas, ad instar illorum qui Missam Conventualem in sua hebdomada per turnum occurrente celebrant, & quod similiter non gaudeat omnibus aliis & singulis partibus in dicta sententia liquidatoria contentis, cum omnibus & singulis præminentibus, prærogativis, fructibus, emolumentis, & distributionibus quotidianis, juxta formam dictarum trium sententiarum, & literarum executorialium secundum subjectam materiam dicto Principali dicti Procuratoris respectivè concessis pertinentibus, & ratione Capellanæ Majoris competentibus, & hoc contra forum, jus & justitiam, tum quia de ratione scripta, cui forus non contradicit, imò assiluit, sententiæ latæ in Romana Curia, & præsertim illæ quæ à Sacro Rotæ Auditorio emanarunt, prout in casu occurrenti debent ad unguem observari, & inviolabiliter custodiri, & debite executioni demandari; tum quia per dictos Dominos Priorem, Canonicos, & Capitulum, vigore dictarum trium sententiarum & literarum Apostolicarum, ac sententiæ liquidatoriar, fuit tradita possessio dicto Principali dicti Procuratoris in Choro, & in Altari Majori, & in Capella Sancti Michaelis, ac in Præpositura, & in Hospitali Sancti Salvatoris: tum quia Capellanus Major pro celebrandis Officiis in Ecclesia fuit deputatus, & ratione Capellanæ Majoris debet celebrare Missam Conventualem, & alia Officia in sua hebdomada per turnum occurrente, & propter Officia divinis interessendo debet recipere in Præpositura panem, vinum, carnes, & duplas, & in Choro Distributiones quotidianas, ad instar illorum qui Missam Conventualem per turnum celebrant, & propter alia Officia ad quæ Capellanus Major tenetur, de quibus in dicta sententia liquidatoria fit mentio, debet gaudere præminentibus, prærogativis, fructibus, emolumentis, & distributionibus quotidianis secundum subjectam materiam; tum quia parum processerit sententiæ ferre, nisi illæ debite executioni mandarentur, & inviolabiliter custodirentur; tum quia dictus Principalis dicti Procuratoris recurrit, & recurrere intendit ad hujusmodi Consistorium Domini Justitiæ Aragonum, pro subsidio, auxilio, tutamine, defensione, protectione, conservatione, & adimplemento executionis dictarum trium sententiarum, & literarum executorialium, & sententiæ liquidatoriar, à Sacro Rotæ Auditorio emanatarum, quibus uti intendit, donec & usque quo per Sanctissimum Dominum Nostrum Papam, & Sacrum Rotæ Auditorium ordinatum fuerit: tum quia Juris firma de foro in omni casu locum habet, quibusdam exceptis, de quorum numero aliquis in præsentibus non occurrit. Verum cum ad Nos, & ad nostrum Officium pertineat, competat, & spectet justitiam petentibus ministrare, & oppressos & gravatos à suis oppressionibus & gravaminibus liberare & illatos facere, & non permittere per quempiam contra forum, jus & justitiam aggravari, Jurisque firma in omni casu de foro locum habeat, quibusdam exceptis, de quorum numero aliquis in præsentibus non occurrit: Pro tanto dictum Procuratorem, nomine procuratorio quo supra, firmatum extitit coram Nobis de directo in & super dictis gravaminibus, vocatiq; processibus, & super aliis omnibus & singulis antedictis de stando & parendo Juri, & de faciendis coram Nobis, vobis prædictis superius nominatis, & cæteris quibusvis, de dicto Principali dicti Procuratoris ratione prædicta querelam habentibus, justitiæ complementum, ob quod per eundem Procuratorem nomine procuratorio quo supra, fuimus requisiti, quod V. Excellentia vobisque aliis supra nominatis, & vestrum quilibet super hoc scribere ac inhibere deberemus: quocirca ex parte præfate Majestatis Domini nostri Regis, V. Excellentia, vobisque aliis supra nominatis Judicibus, Officialibus, & personis Ecclesiasticis, & sæcularibus, & vestrum quilibet dicei, serieque præsentium vos & vestrum quemlibet inhibemus, ne aliquatenus impediatis, perturbatis, vexetis, privetis, jubeatis nec mandetis dictum Principalem dicti Procuratoris impediri, & super quibusvis dictarum trium sententiarum, & literarum Executorialium, & sententiæ liquidatoriar, ac instrumenti possessionis eidem Hieronymo principali dicti Procuratoris traditæ, & super quibusvis dictarum trium sententiarum, & literarum Executorialium, & sententiæ liquidatoriar, & instrumenti possessionis sibi traditæ vim, formam, continentiam, & tenorem missis fuit in possessionem, & existit, ut si in aliquo contra promissa vestra & singula supra dicta, aut aliquod præmissorum, vel in aliquam eorumdem diminutionem processistis, seu procedendi fecistis, justistis, seu mandastis, totum illud incontinenti revocetis, & annullatis eo ipso indilate: vel si quas justas causas habetis, quibus ad præ-

prædicta faciendum non teneamini, illas coram Nobis, seu in Consistorio Curie Domini Justitiæ Aragonum V. Excellentia, trigesima, vosque alii desuper nominati Judices, Officiales, & personæ, decima diebus, qui à die præsentationis seu intimationis, vobis & vestrum quilibet inde facientibus continè numentur, & immediatè sequentur, per vos seu legitimum Procuratorem offerre curetis, quem terminum vobis & quilibet vestrum ad id præcisè & peremptoriè assignamus: aliàs lapsò dicto termino, nisi comparueritis, & prædicta adimpleveritis ut præfertur, vestra absentia seu contumacia in aliquo non obstantibus, procedetur, procedique mandabimus contra vos, & vestrum quemlibet, & in præmissis parte legitima instante prout fuerit fori justitiæ & rationis: interim tamen præmissorum cognitione pendente, nihil præjudiciale in prædictis, aut circa ea innovetis, nec innovari faciatis, jubeatis, neque mandetis. Datum Casaragustæ die quinto mensis Junii, de anno computato à Nativitate Domini Millefimo quingentesimo septuagesimo tertio. Vidit Villar Locumtenens. Mandato Domini Locumtenentis, pro Petro Infauti Notario Joannes Broquera Notarius.

Sig I num mei Martini Joannis de Lanuza habitatoris civitatis Casaragustæ, auctoritateque Regia per totum Regnum Aragonum publici Notarii, qui hujusmodi copiam à suis originalibus literis Juris firmæ à Curia Domini Justitiæ Aragonum emanatis, sigillatis, referendatis, & more solito dictæ Curie expeditis, manu aliena scripta extraxi, & cum eisdem benè & fideliter comparavi: in quorum fidem & testimonium meo solito signo signavi: constat de actis virgularis inter dictiones quibusvis, iudicibus, & inter dictiones singulis, aliis, & inter dictiones carnes, & epulas, & inter dictiones mandarent, & inviolabiliter, & inter dictiones donec, & usquequo, & inter dictiones alias, & lapsò.

- 137 Sed quando Cura Parochialis Ecclesiæ est penes Capitulum, exercitium verò penes aliquem nominatum ab ipso, potest statuerè circa modum in concernentibus curam amaram; de quo & pluribus aliis vide Tonduto de Sanleg. par. 1. quæstion. & resol. benefic. cap. 68. per totum, præcipue num. 3.
- 138 Succedit igitur tertium jus, videlicet sepeliendi, & jus Quartæ si alibi sepeliatur: in quibus breviter dicat, totum hoc spectat ad Ecclesiam Cathedralè, non verò ad Parochiam ipsam; ita ut si Capitulum Ecclesiæ Parochialis sepeliat, omnia ad ipsum jure Cathedralitatis pertineat; si minus Parochus Cathedralis, plus juris quam ceteri Parochi non habeant: ut latissimo calamo defendit Maranta controversæ. par. 4. resp. 21. per totum, quem omnino videas.
- Nec obstat, Ecclesiam Cathedralè esse exemptam, nec subijci Parochiali, imò hanc illi subijci debere; per tex. in c. fin. de offic. Archid. juncto Maranta num. 59. Nam ut ipse respondit, num. seq. aliud est, esse subjectam, aliud verò jus funerandi & Quartæ ad ipsam pertinere: quod licet in primo procedat, in secundo contra, nisi alia ratione pertineat: unde cum hæc jura ad Parochos pertineant, & subjecto ad Cathedralè sit; non verò ad Parochiam; ipsius Parochus Cathedralis nullam præminentiam habebit: ex eodem Maranta ex no. 61. sic videmus, quod licet Collegiata sit major Parochialis, & idè præferenda, Gratian. disp. foren. disp. 578. num. 6. latè Ferro Manrique de præceden. cap. 24. num. 2. tamen in funeribus non competit jus sepeliendi Collegialibus adversus Parochos, sed ipsi sepelire & super defunctos orare debent: Peña dec. 261. idem Ferro Manrique c. 32. num. 2. de quo etiam videndi latissime in omnibus actibus, dum intra suam Ecclesiam sunt Gonzal. ad Regul. 18. Cancel. glof. 6. num. 105. Salgado de protel. Reg. par. 2. c. 9. ex n. 54.
- 144 An verò totum jus Parochiale in funeribus pertineat ad Parochum, vel etiam inter Beneficiarios Cathedralis dividendum sit? Dicat breviter, seclusa consuetudine Parochum habere fundatam intentionem contra Clericos inferiores, etiam superioris Ecclesiæ, excepto Capitulo Ecclesiæ Cathedralis; de quo latissime Maranta d. 2. part. controversæ. par. 21. ubi decisionem Coccini in Aversana funeralium 23. Junii 1634. ad litteram ponit: ad idem videnda, optima decisio Mantice 360. ea ratione, quia nulla Ecclesia intra limites alterius fundata (Cathedrali excepta) habet intentionem fundatam à fore super subjectione alterius Ecclesiæ quoad jura parochialia, cap. dilectus, de Capell. monach. & de communi theoricæ testatur Coccini d. dec. Aversana num. 8.
- 146 Tamen nullum habet jus ad cogendum, ut alibi electa sepultura, Officia novenalia, & finis anni in sua Parochia fiant: ut Rotæ auctoritate probat Tondutus de Sanlegio part. 1. quæstion. & resol. benefic. cap. 63. ex num. 26.
- de quo etiam egimus cap. 17. de sepultur. ex numer. 165. & seq.
- Circa jus de Quarta, nihil particulare sibi vendicat; nam solum ei debetur si alibi electa fuerit sepultura: ex d. Clem. dudum: de sep. ubi DD. nisi Capitulum Ecclesiæ Cathedralis sepeliat; quo casu jure Cathedralitatis percipit Cathedralis, non verò Parochia illius: Tondutus de Sanlegio supra. Unde Parochia hæc nullam differentiam cum inferioribus habet, de quo diximus cap. 17. de sepul. ex num. 156. & seq. Quarta autem in hac Parochia sicut in aliis solvi debet, secundum consuetudinem: & idem de aliis juribus, de quibus, plus juris quam ceteri Parochi non habeant, de quibus, dum non constat, servanda est consuetudo Cathedralis seu Metropolitanæ; Pellizarius in Manual. Regular. tom. 2. tract. 8. sect. 2. subsect. 2. num. 160. De electione autem sepulture, plura hic disputari possent, 150 qua non electa, in Parochiali sepeliendus est mortuus: 151 tamen quia de hoc latè egimus sup. c. 17. de sepulturis Ecclesiarum Cathedralium, ex nu. 173. ad ea remittimus lectorum. De Exemptione verò Regularium circa hanc Quartam, vide decisiones quas adducit Diana resol. moral. p. 7. ex pag. 319.
- Sicuti etiam nec in Jure Decimarum ullum privilegium habet hæc Parochia, quæ in hoc aliis assimilatur, in quibus tale jus ad ipsam, non verò ad Cathedralè pertinet, cum quoad hoc jus, Cathedralis Ecclesia non est communis Parochia, Gutierrez Canon. quæstion. lib. 1. cap. 30. nu. 12. auctoritate Boet. de auctor. magni consil. num. 15. Chastanei in Catal. glor. num. 4. par. conf. 47. fol. 99. præterquam quod de hære solum Matrices Ecclesiæ, quales sunt Parochiales, ut cap. 15. sup. de variis nominibus Ecclesiarum Cathedralium, num. 166. & 170. prædica habebant: de quo latè videndus Daniel de Nobilibus disp. 44. num. 7. in additionibus.
- In jure verò Oblationum & obventionum nihil etiam particulare habet non solum Parochia, verum nec Cathedralis ipsa; cum unaquæque sua bona habeat, quæ alienari non possunt: de quibus videndi sunt quæ notavimus supra: videndus etiam Franciscus Tondutus de Sanlegio par. 1. quæstion. & resol. benefic. c. 63. ex nu. 8. Rota apud Merlinum decis. 257. Si verò scire velis an Parochus possit compellere Parochianos ut oblationes offerant tam in Missis, quam in funeralibus, & aliis actibus: consule Cardinalem Tuscum prætic. conclu. lit. O. concl. 13. per totam, melius & latius Sveltes conf. 24. in 1. femic. ubi disputat quando oblationes sint in præcepto. Quod adè verum est, etiam in eadem Ecclesia dubium ingererit quidam Episcopus adè scrupulosus, ut ob columnas sue Cathedralis, 158 quas Capitulum & Canonici suo Antecessori, aliis licet non ejusdem bonitatis subrogatis, donarunt, ad Sacellum sancti Caroli magna impensa faciendum, quas successores ab hæreditibus prædefuncti Episcopi solvendas esse dicebat, 159 eos voluerit; licet contractum resolutum fuerit: de quo latè

videndum Maranta cont. Jur. part. 5. resp. per totum. Circa Oblationes vero Ecclesie Cathedralis, scias Episcopum nullum jus habere, sed omnes ad Capitulum pertinere: de quo est optima decisio Merlini Lunen. Saranen. Oblationum, 8. Februarii 1627. coram Merlino decis. 257. supra citato.

160 Supra dicta vero majorem difficultatem habent circa Sacramentorum administrationem Episcopo duarum Cathedralium unitarum in eadem civitate, cui administranda esse credo ex Cathedrali intra cujus Parochiam degit, præcipue stante consuetudine, nulla habita ratione an sit antiquior altera: ex rationibus adductis à Cardinale Tuscho lit. S. concl. 190. ex n. 19. usque in finem, de quo videnda sunt que diximus sup. cap. 17. de sepult. Eccles. Cathedr. in fine, ex num. 244. usque in finem.

161 In Beneficiis vero tam nubentium, quam in aliis, que sepe nimis per Parochiale esse supra notavimus; sub eadem distinctione procedendum esse credo: ita ut licitum sit eas accipere ab Ecclesia Cathedrali medio aliquo Ministro, eo modo quo in Sacramentorum administratione notavimus; non vero à Parocho, qui jure Parochie particularis nullam in hoc præminantiam habere credimus.

162 Vidimus usque adeo Jura Parochie Cathedralis, restant nunc investigare an Parochus ipsius in concursu aliorum, aliquam habeat prerogativam: & credo debere præcedere tam in sua Parochia, quam in sessionibus aliarum in concursu aliorum Parochorum. In sua, sub dubium non eadit, quin ceteros Presbyteros ejusdem præcedere debeat, de quo videndum lausimè Gratianus discip. 298. per totum, quem locum adeo esse copiosum, ut nihil aliud desiderari possit, dicit Ferro Manrique de preced. quest. 32. num. 1. addendo Barbof. in Pastor. alleg. 78. num. 38. Salgado de Regia protectione, part. 2. cap. 9. num. 46. & ex num. 54. & seqq. Difficultas ergo consistit in concursu aliorum? In quo similiter idem affirmo; ex pluribus; nam licet omnes ejusdem gradus sint; tamen certum est inter plures ejusdem Dignitatis & nominis, præferendos esse qui in majori loco Dignitatem & nomen sunt consecuti: de quo late Chassaneus in Catalog. glor. mund. 4. p. conf. 47. Secundò, prelati inter duos ejusdem ordinis, deducitur ex pluribus congelis à Ferro Manrique de preced. quest. 24. num. 3. videlicet ab antiquitate, à qualitate, veluti à majoribus & illustrioribus privilegiis, à Sanctorum corporibus vel Reliquiis ibi quiescentibus, à nobilioribus miraculis sibi patris, vel majoribus beneficiis à Deo Optimo Maximo ibi collatis, & similibus, de quibus etiam Rota decis. 29. num. 5. part. 2. in novissimis diversorum, Menoch. de arbit. lib. 2. centur. 2. casu 158. in fine, quæ omnia rectè Parocho Cathedralis applicantur; ipse enim in majori loco sedet, id est in majori Ecclesia, ubi locum, dignitatem, & nomen est consecutus: majori qualitate gaudet, quia majoribus & potioribus privilegiis illustratur; insignioribus Reliquiis ibi quiescentibus; Ex quibus credo præcedere debere: omissis pluribus aliis quæ ponderari poterant, de quibus videndi plures quos sequitur Salgado de Regia protectione, dist. part. 2. cap. 9. ex num. 53. Sed de hoc latius cum de præcedentia Cathedralium agemus. Unde licet Parocho Cathedralis ut particularis præcedere debet, quia pluribus existentibus in aliquo loco, major præcedit, & prior esse debet, & hac ratione primam majoritatem, secundo antiquitas, & qualitas locum habent; ex Ferro Manrique de preced. quest. 24. & in puncto, quest. 32. num. 7. ita non dubitandum censo Parochum ipsius præcedere debere.

163 Quid verò dicendum est de Parocho Cathedralis, concurrente cum Parochiali erecta in Collegiatam? In quo breviter dicas, quod si concursus fuerit cum Canonico particulari in congregatione illa, non representante Capitulum, sed tanquam persona particulari, dubium non est Parochum debere illum præcedere: si verò unusquisque suam representet communitatem & officium respective, tunc Canonici tanquam dignior debet præcedere in sessionibus particularibus; at verò in his quibus matricitas re-

præsentatur, que non fuit ablata à Parochiali per erectionem in Collegiatam, & hæc à Parocho Cathedralis representatur, debet præcedere: de quo videndum lato calamo Riccius in praxi Ecclesiastica, in praxi deofficium omnia sum, dec. 6. per totam, cujus fundamenta hic transcribere nolui, nec Ecclesia noviter erecta in Collegiatam, que habet curam, ideo dicitur Parochialis: Cardin. Tusc. lit. E. concl. 25. num. 3.

Circa residentiam in Ministro Ecclesie Cathedralis, medio quo debent vel possunt administrari Sacramenta, major est difficultas; cum de Jure Parochus intra limites Parochie degere debet: cap. quia nonnulli, 3. c. relatum 4. c. conquerente 6. de Cleric. non residen. c. licet, §. is etiam, de elect. in 6. Concil. Trident. sess. 7. de reforma. cap. 5. & pluribus docet Maranta controver. Jur. tomo 2. respon. 29. in princ. ubi latissime disputat quomodo intelligatur hoc verbum, residere? & quid sit personaliter residere? & quod in hoc etiam detur paritas materie; ita ut parum distans extra Parochiam satisfaciatur: ita ergo dicendum videtur de Archipresbytero seu de Capellano majori.

Sed his non obstantibus, fædite distinctionis controversiam diffinienda esse censo: ita ut si habeant istam curam actualem Parochie particularis Ecclesie Cathedralis, intra illius limites degere debent, eo modo quo particularis Parochus degere debet circa limites sue Parochie: nihil enim est particulare statutum in Jure, sed ut particularis, subjacet divisioni Parochiarum factæ à Dionysio Papa; de qua in cap. 1. 13. q. 1. c. Pastoralis, de his que sunt à Prelatis: Doctores in rubric. de Parochiis, Beitränd. consilio 350. vol. 2. part. 1. & quomodo probentur limites, & an rectè arguatur de limitibus jurisdictionalibus ad Decimationem, quæve concurrere debeant ad Parochialitatem probandam? videnda late Rota in Florentina Parochialis, 22. Maii 1630. coram Coccino, apud Rubens dec. 380. p. 5. tomo 3.

Unum tamen usque adeo nullo pacto pertractatum esse video, cum sit principale dubium, quod in materia huius capitis offerri posse frequentius non dubitatur, circa præcedentiam, & functionem Parochie Ecclesie Cathedralis: quod particulare est ipsarum; etenim cum ejus exercitium pendeat à Ministris Ecclesie Cathedralis, qui loco Clericorum coadjuvantur Parochum in inferioribus Parochiis habentur; hi verò in differentia Hierarchia sint, hoc est relictis Canonici & Capitulo, qui particulariter Ecclesie inserviunt Cathedrali, non vero Parochie ipsius particulari, Portionarii & Beneficarii seu Mansionarii, juxta notata à nobis c. 14. de Ecclesiis Cathedralibus secundum in presentem statum.

Tamen si mortuaria seu functiones fiant per aliquam Confraternitatem beneficiorum, cui incumbit talis actus, servanda est consuetudo, ex qua præcedit Rector illius; cum non repugnet minore præcedere Majorem in aliquibus actibus: Seraphin. decis. 964. numer. 1. & 2. quo casu possessio est manentibus: Posth. observat. 44. num. 56. licet fuerit tantum decennialis, Cahcet. var. resol. cap. 14. à num. 39. Snelus cons. 72. num. 8. Hinc videmus minorem exercentem actum proprium, præcedere Majorem: ut in Parocho stola induto, qui præcedit Canonico Cathedralis: latissime Gratianus discip. forens. cap. 106. & discip. 298. à num. 39. Puteus in terminis Episcopi cum Regularibus, dec. 105. n. 1. lib. 3. & in Episcopo Consiliario Regio, qui ceteros non præcedit: Franchis decis. 134. n. 4. & etiam in Capitulo assistenti, quando est Canonici: Trident. sess. 25. de reforma. c. 6. Menoc. consil. 51. præcipue si fuerit Episcopus nullatenus, habens ex dispensatione Concomitatum in alia Ecclesia, ubi residet tunc in Choro quam in Capitulo; de quibus plura tradunt Bobadil. in polit. lib. 3. c. 8. n. 20. Capycius dec. 27. n. 23. & seq. Franc. dec. 128. nu. 3. Barbof. de Canon. c. 36. & in collect. ad Concil. sess. 25. de Reforma. c. 6. & in Pastor. allegat. 73. n. 28. vel ubi est Doctor assistens in Universitate cum ceteris Doctoribus, Gratianus discip. 106. n. 3. quare Confraternitas in hoc casu debet manentem, cum lex non resistat possessioni: ex Seraph. d. dec. 964. n. 1. & 2. & Posth. observat. 44. n. 56.

Hanc

183 Hanc tamen Regulam limitarem, ut solum operetur in præcedentia possessa; non enim extenditur de casu ad casum, nec de una re ad aliam Felinus in c. Admissis, de prescrip. Gabriel. lib. 5. tit. de prescrip. concluz. 2. Sella dec. 187. n. 59. ex vulgari Regula docente, Tantum prescriptum quantum possessum: c. Admissis, de prescrip. Barbof. in l. omnes 4. num. 66. C. de prescrip. 30. vel 40. annorum.

184 Quibus addendum est, maxime debere hoc intelligi, si præcedentia fuerit Prioris Beneficarii, respectu Portionarii: nam cum Confraternitas comitetur cadaver, functioneque faciat, ut Corpus, non debet Caput separari à membris.

185 Qua ratione Capitulum Ecclesie Cathedralis præcedit Abbates in Synodis, & ubicumque collegialiter incedunt; quia Ecclesiam representant: Chassaneus in Catalogo glor. mund. 4. p. conf. 32. per totam. Abbas in c. Cum non liceat, de prescrip. Gratianus discip. 298. ubi late de Dignitatibus assistentibus in Capitulo, Collegialiter incedentibus, & jus particulare habentibus: Tamburin. de Jure Abbat. tom. 1. disp. 25. q. 2. ubi q. 4. late disputat de Dignitatibus in particulari: sed de hoc latius suo loco dicetur.

187 Ex quibus, in facti contingentia ita iudicatum fuit Tutoli per viam appellationis, lite vertente inter Portionarios, & Beneficiarios, qui Confraternitatem habent S. Leonardo dicatam in nostra Metropoli Casaraugustana, cui compete cadavera sepulture mandate uno semper Portionario assistente; vel si plures quam sunt Confratres, Clerici vocentur, major augeatur numerus Portionariorum, qui ratione Majoris prætendebant præcedere Rectorem, seu Priorem Confraternitatis, qui in contraria possessione se existeret dicebat: in illius favorem fuit lata sententia, que confirmata fuit ab Illustissimo D. Hispaniarum Nuntio: his tamen adhuc pender per appellationem Portionariorum in sacra Rota, qui in prima instantia victoriam reportarunt coram Ordinario Casaraugustano.

Nec mirum est tot specialia habere Parochiam Ecclesie Cathedralis: cum competens honor in ea pro facultate loci Matrici Ecclesie reservetur: de quibus vide plura apud Lotterium de re benef. lib. 1. quest. 28. ex n. 50.

His deficientibus, à Metropolitana, 27. Capituli sive Aula Capitularis varia nomina, 28. & seqq. Decuria quid sit, 29. Aula, Camera Gymnasia, ubi docetur, appellatur item Generalis, 30. Aula pericula in negotiis vertentibus, 31. Capituli sive Aula Capitularis fabrica, 32. Domus Magistratum secularium nobilitatem civitatis demonstrant, 33. Lacedæmonii homines effeminatos procreabant, 34. Camera in domibus civitatum magnarum extruenda, 35. Aulas Capitulares ex privilegio proprio Cathedralis habent, 36. Ad Collegiatas extensum est hoc privilegium, ibid. Vnus debet esse locus pro qualibet functione facienda ad usus Clericorum necessaria, 37. Capitulum, & Cubiculum Regium, sive ades Regie vestibula cum cancellis habere debent, 38. Fores autem velantur aulis, 39. Imagines seu picture que apponi possunt in Aula Capitulari, 40. & seqq. Que in Basilicis, 41. Que in Palatiis Principum, 42. Quanta fuerit in hoc Romana & Constantinopolitana magnificentia, 43. Imagines virorum illustrium ubi apponi possunt, 44. In Basilicis Regum que apponi possunt, 45. Aula Regia, Casaraugustana domus Episcopalis, & Aula Isticie Aragonum laudantur, 46. Imagines, que Regiam magnificentiam offuscant, prohibentur apponi, 47. Item que sunt causa deformitatis, 48. Imagines Benefactorum apposte in his adificiis ad quid servantur, 49. Profane picture in Aula Capitulari non apponenda, 50. Aula Capitularis cuius expensis fieri debet, 51. Argumentum vales de toto ad partem, 52. Domus Civitatis communis, ipsius expensis fabricari debet, 53. Que pars pro hoc adificio assignetur, 54. Nullis fructibus assignari pro his adificiis, quibus expensis fabricanda, 55. Pro his adificiis extruendis nulla licentia Superioris opus est, 56. Sed volun eas privatorum sufficit, 57. Multo magis ad perficiendum opus inchoatum, 58. Generositas animi in expensa facienda in his operibus laudatur, 59. Privilegia his Cameris concessa, remissivè, 60. Portionarii & Beneficarii Ecclesie Cathedralis prohiberi possunt à Capitulo ne collegialiter congregentur, 61. Capituli plurimum interesset ne alii Clerici sua Ecclesie collegialiter congregentur, 62. Clerici inferiores prescriptione possunt acquirere ius congregandi capitulariter, 63. Quanto tempore ius illud prescribatur, ibid. Possessor iure familiaritatis nullius est momenti ad prescribendum, ibid. Privati homines non possunt habere Collegium, nec signa Collegii, sicut privilegio, 64. Signa Collegii que sint, 65. & seqq. Privilegium habendi Capitulum quare proprium Ecclesie Cathedralis, 66. Inferiores Ecclesia licet congregentur, non tamen collegialiter, 67. Ecclesiis Collegialibus competit ius habendi Capitulum, & quare, 68. Portionarii licet intersint Capitulo, non sunt de Capitulo, 69. Episcopus non potest concedere privilegium congregandi capitulariter Clericis inferioribus Ecclesie Cathedralis, 70. Confraternitates in Ecclesia Cathedrali, quomodo congregentur, 71. Capitulum significat adunationem collegialiter factam, 72. Inferiores Canonici conveniunt ut plures de per se stantes, 73. Plures privati homines collegium constituunt, 74. Inferiores Ecclesie quare non Capitulum, sed Congregationem faciunt, 75. Hispanonatus pertinet ad Ecclesiam Parochialem, sive ad Portionarios vel Beneficiarios Ecclesie Cathedralis, seu Collegiate, non dicitur proprie electivum, 76. & seqq.

C A P U T XXII.

De Capitulo Ecclesie Cathedralis.

S V M M A R I V M.

Capitulum idem quod Aula Capitularis, 1. Ecclesie nomine continetur, 2. Capitulum necessarium pro Ecclesia Cathedrali, 3. 5. Loca necessaria pro gubernatione Republica, 4. In Capitulo omnia negotia expediendi debent, 5. Capitulum diversimode sumitur, 6. Aula Capitularis quare sic dicta, 7. 17. 34. Aula quid sit: ibid. 8. Aula sumitur pro Atrio, 9. Aula nomine quid continetur, 10. Aulici & Auletæ differunt, 11. Auletæ qui fuerint, 12. Aulici & eorum pericula, 13. Aula quare sic dicta, 14. Aula asylo animalium ad defendendum se à lupis & aliis feris, 15. Aula definitio, 16. Palatium proprie dicitur ubi habitat Princeps, 17. Cubiculum Regium quare fabrica & ornata edificandum, 19. Item Camera Magistratum, 20. Ex earum fabrica nobilitantur Ecclesie & Civitates, 21. 33. Ornatus huius Camere quare Lacedæmonii prohibentur, 23. 33. Nimis ornatus & nimia cura homines effeminatos facit, 23. Ornatus an liceat in Aulis & Cameris tam secularibus quam Ecclesiasticis, 24. 33. & seqq. Exterior cultus & maestas quomodo conducatur ad elevationem mentis ad Deum, 25. Ecclesie inferiores ab Ecclesia Cathedrali leges, mores, gubernationem & ceremonias accipere debent, 26. Frances de Eccles. Cathedr.

188